DISPUTATIO FEUDALIS DE SUCCESSIONE FEUDI,

Quam
AUXILIANTE IEHOVA,
Conſentiente
Magnifico atq; Ampliſsimo Iureconſultorum ordine,
In Illuſtri ad Albim Academia,
PRAESIDE,
DN. GOTTFRIDO Reutern/
I. U. D.
Publice examinandam exhibet
IOHANNES IACOBUS HAFFNER
Landavienſis Rhenanus,
Ad diem 8. Maii: horis matutinis.
In auditorio JCtorum.

WITTEBERGAE,

Apud Paulum Schetlerum.
ANNO M. DC. XIIX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

IN NOMINE DOMINI NOSTRI
IESU CHRISTI.
Theſis I.

Cum per ſucceſſionem quoq; feudum ad nos devolvatur. *1. feud. 8. in pr. c. 1. in fin. c. 11. c. 33. in pr. 2. feud. Duar. c. 9. n. 13. & 14. Roſenth. c. 7. concluſ. 15. n 3* Et verò ſucceſſorib. feudi, quò talis poſſeſſio domino comprobetur, opus ſit inveſtituræ renovatione. *1. feud. 22. in pr. 2. feud. 52. in fin. c. 55. in pr. verſ. præterea ſi quis. VVeſ. c. 6. n. 4. de Feud. Iult. lib. 1. de Feud. c. 9. n. 23. Rittersh. 1. partit. jur. Feud c. 8. quæſt 1. & c. 12. q. 1. Borch. in com. Feud. c. 7. n. 1.* Ideò pro ratione inſtituti de Succeſſione feudi, impræſentiarum brevibus acturi ſumus.

II.

Eſt autem alias ſucceſſio duplex: Teſtamentaria, quæ conſtat ex teſtamento; & Legitima, quæ ab inteſtato defertur, *ut §. fin. Inſt. Per quas perſ. cuiq; Acq. pr. Inſt. de Heredit. quæ ab inteſt. def. l. 1. & 3. D. de Hered. petit. l 39. l 70. D. de Acqu. vel omittend. hered. l. 17. C. de collat. Valent. Forſt. in Tract. de Succeſſ. lib. 1. c. 7. & 8. Borch. c. 7. n. 2. Ritterh in part. Iur. feud. lib. 1. c. 12 q. 3. Roſenth. in Synopſ. ſua feud. c, 7. toml. 1.*

III.

Ex teſtamento ſuccedunt, quos teſtator inſtituit. De qua teſtamentaria ſucceſſione, quæ in materia feudali à quibuſdam irregularis & extraordinaria appellatur, hic non agimus, cùm in feudis regulariter nulla ordinatio, heredisq; inſtitutio teſtamento fieri poſſit; *teſte Feudiſta: 1. feud. c. 8. in pr. VVeſem. c. 6. n. 6. Vult. c. 9. n. 70. & 73. Borch. c. 7. n. 3. Rittersh. c. 12. q. 4. Roſenth. c. 7. Concl. 2. n. 2. VVurmbſ. 1. de feud. 50. obſ. 32. Hart. Hart. l. 2 pr. obſ. 1. de feud. 54 obſ. 18. n. 4. & 6. Ioach Schepliz. in prompt. juris. tit. de Succeſſ. feud. §. 23. n. 1. & 10.*

IV.

Adeo, ut licet princeps talem ordinationem defuncti ratam eſſe jubeat, non tamen ſubſiſtat 1. *feud. 7. in pr. & 13. arg. l. 13. § 1. comm. præd. l. 2. C. pro quib. cauſ. Serv. pro præm. libert. accip. l. 7. C. de Precib. Imper. Offer. Vult. c. 9. n. 79. V. ſi de feudo ex pacto & n. 83. Roſenth. c. 7. concl. 7.*

V.

Fallit tamen, Primò, niſi feudum ſit novum, in quo pater conſenſu domini accedente filijs præjudicare, ac uni ex filijs relinquere poteſt. *arg. c. 55. 2. feud. arg. l. 9. § 3. & 4. D. d. Acquir. Rer. Dom. l. 13. § 1. D. comm. præd. l. 7. C. de precib. Imper. offer. Vult. c. 9. n. 7. Borch. c. n. 5. c. 7. 8. n. 145. 146. Roſent. c. 7. concl. 7. n. 1. & 5. Ritt. c. 12. q. 6. Excep. 4. Ioach. Schep. in propt. jur. d. Succeſſ. feud. § 23. n. 2. 24. & 27.*

VI.

Deinde, niſi dominus, & omnes ij, quorum intereſt in ordinationem teſtamentariam conſentiant: Nam hujusmodi conſenſu in feudo antiquo conjunctim interveniente, illa in eorum præjudicium firma ac rata eſt. *arg. c. 1. § 1. 2. feud. 1. c. 1. 2. feud. 36. Vult. c. 9. n. 82. Rittersh. c. 12. q. 6. Excep. 5. Borch. c. 7. n. 4. Roſenth. c. 7. concluſ. 5.*

VII.

Præterea, niſi feudum ſit mere, vel abſolutè hereditarium, in quo jure hereditario ſuccedit, adeoq; ordinatio & diſpoſitio teſtamentaria valet & ſubſiſtit: *Vult. c. 9. n. 74. & 79. Rittersh. c. 12. q. 6. Borch. c. 7. n. 6. Roſent. c. 7. concl. 6. n. 1. & 3. concl. 2. n. 5. Idem c. 2. concl. 35. n. 4. c. 9.* Concl. *5. n. 4. Ioach. Schep. de Succeſſ. feud. § 23. n. 11.*

VIII.

Item, niſi in prima inveſtitura pacto ita cautum ſit, ut Vaſſallus de feudo teſtari poſſit, quo pacto regreditur ad jus commune *Vult. c. 9. n. 80. & 97. Borch. c. 7. n. 56. Rittersh. c. 11. q. 3. Roſenth. c. 7. concl. 16. n. 8.* Idquè æquè dicendum, ſi ita receptum ſit conſuetudine, ſeu ſtatuto: *Vult. c. 9. n. 80. Rittersh. c. 12. q. 6. Roſent. c. 7. concl. 8. n. 1. & concl. 16. n. 9. Schrad. c. 2. n. 26. & ſeq. VVurmbſ. tit. d. feud. 50. obſ. 17. Ioach. Schep. de ſucceſſ. feud. § 23. n. 20.*

IX.

Cum itaq; diſpoſitio teſtamentaria regulariter non valeat, non ineleganter hic quæri poteſt: Utrum Succeſſor ad æſtimari-

onem

nem, feudi præſtandam teneatur, ei, cui à Vaſallo feudum relictum fuit? Negativa ſententia placet; *arg. c. 1. In pr. 1. feud. 8. ubi DD. arg. l. 39. § 7. D. d. Legat. 1. l. 34. d. verb. oblig. l. 20. C. d. Legat. Roſenth. c. 7. concl. 2. n. 10. & ſeqq. Rittersh. c. 12. q. 7. Gail. 2. obſ. 154. n. 14.*

X.

Ordo itaq; poſtulat, ut QUI, CUI, & QUOMODO, Vaſallo ab inteſtato ſuccedatur, videamus. quæ Succeſſio dicitur legitima & regularis ſive ordinaria vocari poteſt, eò quod propriè ſola in feudis locum habeat *Vult. c. 9. n. 69.*

XI.

Conſiſtit autem illa ſucceſſionis ſpecies, vel in linea recta; quæ eſt Aſcendentium, inverſo ordine naturæ; vel Deſcendentium, vel in Linea obliqua ſeu collaterali, quæ eſt Transverſalium, *pr. Inſt. de Gradib. cogn. l. 1. in pr. § 1. l. 9. D. Eod. Roſenth. c. 7. concl. 14. n. 1. Borch. c. 7. n. 8.*

XII.

Deſcendentium appellatione veniunt liberi, nepotes, pronepotes, cæteriq;, qui ex his deſcendunt: *pr. Inſt. de Gradib. § 1. Inſt. d. Hered. quæ ab inteſt. deſer. l. 220. D. d. verb. Sign. Vult. c. 9. n. 31. Borch. c. 7. n. 11. Rittersh. c. 13. q. 1. Roſenth. c. 7. concl. 15. n. 8.* Horum quemadmodum jure Civili, ita etiam jure feudali prima cauſa eſſe debet. *ut § 1. in pr. Inſt. d. Hered: quæ ab Inteſt. deſer. l. 1. § 1. & 5. D. Unde Liberi. 2. feud. 11. 1. feud. 8. in pr. Rittersh. c. 13. q. 1. Vult. c. 9. n. 86. & c. 11. n. 84. Borch. c. 7 n. 10. Roſenth. c. 7. Concl. 15. n. 1. Hart. Hart. lib. 2. obſ. Pract. tit. de feud. 54. obſ. 19. n. 1. Ioach. Schep. de Succeſſ. feud. §. 1. n. 1. § 17. n. 37.*

XIII.

Cæterum cum non omnes liberi indiſtinctè in feudis ſuccedant: Videndum, QUI à feudi ſucceſſione excludantur, QUIVE ad eam admittantur, tum QUOMODO admiſſi ſuccedant.

XIV.

Liberi itaq;, qui à feudi Succeſſione arcentur, ſunt vel conditionis liberæ, vel Servilis. *Vult. c. 9. n. 65.*

XV.

Liberæ conditionis liberi ſunt vel legitimi vel illegitimi *Valent. Forſt. de Succeſſ. lib. 4. c. 4.*

XVI.

Legitimi, qui ſcilicet ſecundum leges moresq; Romanos

 genitı,

geniti, vel adoptione jus filiationis conſecuti; Suntq;, vel legitimi & naturales ſimul, vel Legitimi tantum *Ritters. c. 13. q. 2, Forſt. lib. 5. d. Succeſs. c. 1.*

XVII.

Legitimi & naturales ſimul dicuntur procreati ex juſtis nuptijs. *pr. Inſt. d. Nupt. l. 3 & 6. D. d. His qui ſunt ſui vel alien jur: l. 5. D. de In jus Vocand: Vult. C. 9. n 87. 89. in fin. n. 90. Verſ. quod ſi autem. Rittersh. lib. 4. d: Succeſs. c. 4. n. s.* Hiquè ſunt vel Maſculi vel fœminæ. *Forſt. c. 13. q. 2. diviſ. 3.*

XVIII.

Maſculi vel ſunt Clerici, qui & Eccleſiaſtici, vel Laici, qui & Seculares dicuntur. *2. feud. 91. C. 1. in pr. c. 3. c. 9. 1. feud. VVeſ. c. 4. n. 1 & 2. Vult. C. 3. n. 10. Borch c. 5. n. 1. Rittersh. c. 5. q. 6.*

XIX.

Clerici omnes à feudi ſucceſſione arcentur, licet per ſubſtitutum ſervire velint. *2. feud. 30. c. 36. c 26. §. 4. Verſ. qui Clericus. c. 21. 2 feud. Vult. c. 9. n. 67. Rittersh. c. 15. q. 18. & 22. Borch. c. 7. n. 62. Forſt. lib. 4. de Succeſs. c. 23. n. 33. Roſenth: c. 7. Concl. 29. n. 1. 2. 4. 6 & 7.* Cui etiam jus Saxon: conſentit *per lib. 1. Landr. art: 25. & lib. 2. art 22. & per c. 2.* Lehnrecht / licet hodierno jure in praxi contrarium ſervari ſtatuat. *Reinh. p. 3. diff. 21. Coler. deciſ. 90. n. 4. per Novel. Conſt. Aug. 28. p. 3. ubi Moller.*

XX.

Adeò, ut quamvis habitum religionis abjiciant, & ad Secularem redire velint, nihilominus admitti in Succeſſione feudali non debeant; prout expreſſo textu juris feudalis cautum eſt. *in C. 30. 2. feud. Vult. c. 9. n. 67. Rittersh. c. 15. q. 19. Borch. c. 7. n. 62. Roſenth. c. 7. Concl. 29. n. 18. & Concl. 30. n. 26.*

XXI.

Nec intereſt cujuscunq; generis aut conditionis ſint, ſic & Epiſcopi, Archiepiſcopi Cardinales & Monachi à feudorũ Succeſſione arcentur, propter generalitatẽ textus. *c. 2. feu. 30. c. 21. c. 26. § 4. Verſ. qui Clericus. Vult. c. 9. n. 67. Rittersh. 15. q. 23. Roſenth. c. 7. concl. 29. n. 9. & 10. Concl. 30. n. 8.*

XXII.

Sed quid de Equitibus Hieroſolymitanis, & Cruciferis ſeu ordinis, ut vocant, Teutonici? Nos eos admittendos ſtatuimus

cum

Cum Iacob. de S. Georg. in Verbo dictiꝗ, Vaſalli promiſerunt n. 41. Vult. c. 9. n. 67. Verſ. de Equitibus. Forſt. lib. 4. de Succeſſ. c. 23. n. 39. Roſenth. c. 7. Concl. 30. n. 9. & 10. Ritters. c. 15. q. 24. Idq; etiam jur: Sax *d. Conſt. 28. par. 3. ubi Moll: ſtatutum.*

XXIII.

Sunt tamen caſus nonnulli, quibus Clerici à feudorum ſucceſſione non arceantur. *Roſenth. c. 7. Concl. 30.* ut, ſi conſtitutione ita cautum: quod idem eſt, ſi ſtatuto vel Conſuetudine receptum ſit, ut Clericus ſuccedat, vel feudum retineat. *Vult. c. 9. n. 67. Verſ. primus. Forſt lib. 4. d. Succeſſ. c. 23. n. 42. Roſenth. c. 7. Concl. 30. n. 25. C. 1. Concl. 13. c. 7. Concl. 29. n. 7.*

XXIIII.

Deinde, ſi feudum tale fuerit, cujus ſervitia certa & determinata ſunt, quæq; per Clericum æquè, commodè, & honeſte præſtari & expediri poſſunt, atquè per alium quemvis: *Vult. c. 9. n. 67. Verſ. Tertius Roſenth. c. 7. Concl. 30. n. 24. Sonsb. p. 12. n. 148. Schrad. p. 7. c. 5. n. 30. Schu. p. 6. c. 3. n. 24.*

XXV.

Tum, ſi feudum ſit francum & liberũ, cùm ceſſante ratione excluſionis Clericorũ, ceſſet ipſa prohibitio. *Vult. c. 9. n. 67. Verſ. Secundus. Forſt. lib. 4. d. Succeſſ. c. 23. n. 4. Roſenth. c. 7. Concl. 30. n. 21.*

XXVI.

Item, ſi Pater aut agnati aliquem feciſſent fraude Clericum, ad hoc, ut feudi ſucceſſione privaretur: ille enim nihilominus habitu poſtpoſito, in feudo ſuccederet, idq; recuperaret. *Vult c. 9. n. 67. Verſ. Sextus. Forſt. lib. 4. d. Succeſſ. c. 23. n. 36. Roſenth. c. 7. Concl. 30. n. 2.*

XXVII.

Sic ſi feudum ſit mere hereditarium, hoc eſt, ita acquiſitum pro ſe & heredibus ſuis quibuscunq;, clericum ſuccedere poſſe, tradit. *Vult. c. 9. n. 67. Verſ. Nonus. Forſt. lib. 4. d. Succeſſ. c. 23. n. 43. Roſenth. c. 7. Concl. 30. n. 22.*

XXVIII.

Præterea, ſi feudum ita ſit comparatum, ut Clerico permiſſum ſit, per Subſtitutum ſervire, quæ permiſſio intelligenda eſt, non tantum cùm expreſſe fuerit facta, ſed et ſi dominus, aut illi, quorum intereſt non contradicant. *Vult. c. 9. n. 67. Verſ. quartus. Roſenth. c. 7. Concl. 30. n. 20.*

29. Tandem

XXIX.

Tandem, ſi clericus de novo inveſtiatur à domino, ſciente ipſum clericum. *Forſt. d. l. 4. c. 23. n. 43. Roſenth. c. 7. concl. 30. n. 27. DD. commun. c. 40. in fin. 2. feud.* Rittersh. *c. 15. q. 20. & 21. Borch. c. 5. n. 49. Vult. c. 4. n. 9.*

XXX.

Sciendum itaq; hic eſt Vaſallum clericum vel monachum factum, feudum retinere non poſſe, ſed vel ad agnatum redire, ſi paternum ſit, vel ad dominum, ſi ſit novum: *c. 21. 2. feud.* nec ad monaſterium tranſire, licet allodia tacito jure monaſterio aperiantur. *Novell. 76. Novell. 123. c. 35. Borch. c. 7. n. 62.*

XXXI.

Sequuntur jam Laici, qui vel laborant aliqua infirmitate, vel non laborant *Vult. c. 4. n. 11.*

XXXII.

Si laborant infirmitate aliqua: tunc illa vel eſt animi vel corporis: *arg. § 1, 2. 3. & 4. Inſt. Quib. Non eſt permiſſ. fa. teſt. VVeſ. c. 6. n. 20. Vult. c. 9. n. 62.*

XXXIII.

Infirmitate ANIMI laborare dicuntur, mente capti, furioſi, quibus tamen prodigum non annumeramus. *Vult. lib. 1. C. 9. n. 63. inf.* CORPORIS, Surdus, mutus, cœcus, vel alius imperfectus *c. 2. feud. 36. c. 1. feud. 6. in fin.* Hi omnes & ſinguli à feudi ſucceſſione excluduntur: modo utrobiq; infirmitas inſanabilis perpetua ac à natura ſit. Si verò non ſit perpetua nec à naturâ, ſed ſanabilis, & opera medicorum, aut aliàs juvari poteſt, non repelluntur à feudi ſucceſſione. *VVeſ. c. 6. n. 20. Vult. c. 9. n. 63. & 64. Rittersh. c. 15. q. 25. Borch. c. 7. n. 63. Forſt. lib. 4. de ſucceſ. c. 23. n. 61. 62. 63. & 65. Roſenth. c. 7. concl. 28. & 27. Ioach. Schep. de ſucceſ. feud. § 21. n. 1. 6. 7. & 9.*

XXXIV.

Si verò infirmitate non laborent: tunc ſunt vel Hæretici, vel banniti, excommunicati, publico crimine damnati, aut nefarij, inceſtuoſi, alijq; infames: qui feudi ſucceſſione æquè privantur. *Vult. c. 4. n. 12. & C. 11. n. 60. Borch. c. 5. n. 53. Roſenth. c. 5. Concl. 23.*

35. Quid?

XXXV.

Quid? Si dominus horum aliquem admittere & de feudo paterno inveſtire velit, utrum jure liceat? Negantium verior videtur ſententia. *arg. l. 11. d. Reg. Iur. Schrad. P. 7. c. 5. n. 32. H. Piſtor. lib. 2. q. 32. n. 10 & 13.*

XXXVI.

Fœminæ porrò, quamvis alias appellatione heredum veniant; & æquè ac maſculi ſuccedant: ut videre eſt, *in l. 1 & fin. & Auth. poſt fratres C. de Legit. Hered. l. 1. & ult. C. de ſuis.* Jure tamen feudali, cum ſuis filijs, licet armis ſint aſſvetæ, feudi ſucceſſione penitus arcentur. *C. 1. § 3. c. 8. in fin. c. 14. in fin. c. 24. 1. feud. c. 36. c. 50. c. 51. § 3. 2. feud. VVeſ. c. 6. n. 22. Vult. c. 9. n 25. Rittersh. c. 14. q. 1. Borch. c. 7. n. 34. & ſeq. & n. 64. Forſt. lib. 4. de ſucceſſ. c. 23. n. 48. Roſenth. c. 7. concl. 31. Hart. Hart. lib. 2. Pract. obſ. tit. de feud. 54. obſ. 15. n. 1. Ioach. Schep. tit. de ſucceſſ. feud. § 16. n. 6.*

XXXVII.

Quod tamen non obtinet, PRIMO, ſi feudum ſit merè hereditarium, aut fœmineum, hoc eſt, primò à fœmina quæſitum: in eo enim fœminæ, illarumq; progenies ſuccedunt, etiam ſine ſpeciali pacto. *C. 30. c. 50. 2. feud. c. 8. § 2. c. 24. 1. feud. VVeſ. c 6. n. 22. Vult. c. 6. n. 40. Rittersh. c. 14. q 3 Borch. c. 7. n. 67. Forſt. d l. 4. c. 23. n. 51. Roſenth. c. 7. Concl. 35. n 2. n 6. 8. 9. & ſeqq. Concl. 35. n. 11.*

XXXVIII.

SECUNDO, Si pacto inveſtituræ primæ ſpecialiter dictum ſit, ut fœminæ cum maſculis ſuccedant *c. 1. § 3. c. 8. in fin. c. 14. in feud. c. 11. Verſ. ad filias c. 50. c. 30 2. feud VVeſemb. c. 6. n. 22. Verſ quarto: Vult. c. 9. n. 47. Rittersh c 14. q. 3. & 4. Borch. c. 7. n. 66. Forſt. lib. 4. de Succeſſ. c. 23. num. 50. Roſenth c. 7. concl. 42. n. 27. cum ſeqq.* Sed, quid ſi pro una tantùm filia feudum fuerit conceſſum, & plures extent? Illam ſolam admittendam & Domino electionem tribuendam cenſemus. *arg. C 1. § 1. 1. feud. c. 12. 2. feud. arg. l. 8. § 3. D. d. Legat. 2. Roſenth. c. 7. Concl. 42. in pr.*

XXXIX.

TERTIO, Si ſtatutum aut conſuetudo aliqua ſpecialis fœminas ad ſucceſſionem feudi vocet. *VVeſemb. c. 6. n. 22.*

& Conſil. 74. n. 27. Vult. c. 9. n. 48. & 50. in fin. Rittersh. c. 14. q. 6. Borch. c. 7. n. 64. Forſt d. l. 4. c. 25. n. 56. Roſenth. c. 7. Concl. 43.

XXXX.

Sed an fœmina in feudo Franco ſine Speciali pacto ſuccedat, magis dubitatur? Nos neg. *arg. c. 1. 2. feud. 23. c. 1. 2 feud. 48. Iacob de S. Georg. in Verb. fœminæ n. 5. Schnerl. p. 6. c. 2. n. 18 & ſeqq. Duar. c. 10. n. 7. Fach. lib. 7. controv. c. 79. Borh. c. 7. n. 68.*

XXXXI.

His itaq; caſibus quibus fœminas ſuccedere diximus, ita demùm admittuntur, ſi maſculi omnes ex primo acquirente deſcendentes defecerint *c. 8. § fin. c. 6. § 1. 1. Feud. c. 17. verſ. Non enim c. 5. § 3. c. 104. § 1. 2. Feud. VVeſ. c. 6 num. 22. Verſ. quarto. Vult. c. 9. num. 49. Ioach. Schep. in prompt. Iur. de ſucceſ. feud. § 17. n. 2. 3. & 25. Rittersh. c. 14. quæſt. 2. Borch. c. 7. num. 76 & num. 66. Forſt. lib. 3. de ſucceſ. c. 19 num. 18. & ſeqq. Roſenth. C. 7. concl. 35. num. 10. Concl. 42. num 33.* Niſi, ut unà & ſimul cum Maſculis aut ſimul & æqualiter, aut tàm maſculi, quam fœminæ ſuccedant, ſpecialiter ſit expreſſum, *ut in C. 104. § 1. 2. Feud. Vult c. 9. num. 49. Forſt. lib. 3. de ſucceſ. c. 19. num. 28. Roſenth. c. 7. Concl. 41.*

XXXXII.

Adeoq; etiam Hermaphroditi, qui in ſexum fœmineum magis incaleſcunt, ad feudi ſucceſſionem æquè regulariter non admittuntur. *Vult. C. 9. num 61. Roſenth. c. 1. Concl. 15. num. 4. c. 7. Concl. 28. num. 15.*

XXXXIII.

Legitimi tantùm ſunt liberi adoptivi, qui jure feudali à ſucceſſione arcentur *c. 26. § 4. Verſ. adoptivus. 2 Feud.* Niſi aliter in inveſtitura expreſſè cautum, vel conſuetudine loci receptum ſit, aut Dominus conſentiat. *VVeſ. c. 6. num. 13. Vult. c. 9. num. 90. Rittersh. c. 13. quæſt. 4 & 5. Roſenth. c. 7. concl. 30. num. 33. cum ſeqq. Forſt. lib. 5. de ſucceſ. c. 5*

XXXXIIII.

Liberi illegitimi, hoc eſt, ex coitu illegitimo nati, jure feudali nec ſoli, nec cum aliis ſuccedunt. *c. 26. § 4. verſ naturales. 2. Feud. VVeſ. c. 6. num. 10. Vult. c. 9. num. 91. & 93. Rittersh. c. 13. quæſt. 2. Forſt. lib. 6. de ſucceſ. c. 12. Roſenth. c. 3. Concl. 23. num. 3. Et Concl. 11. c. 7.*

18. c 7. num. 15. Borch. c. 7. §. 1. n. 54. licèt poſtea fiant legitimi ſive per oblationem curiæ, ſive per reſcriptum principis *Dd.. in d. v. naturales.* Niſi ab ipſo Feudi Domino, & agnatis conſentientibus à principe ad feuda legitimentur. *Forſt. Vult. & Borch. d. loc. VVeſ. d. loco num. 12.*

XXXXV.

Hic opportuno loco quæritur: An legitimati per ſubſequens matrimonium in feudis ſuccedant? Idq; *cum Zaſ. in epit. feud. part. 8. in fin. Chaſſan. in Conſuet. Burgund rub. 8. § 13. verſ. ab inteſtato n. 2. & 5. Gail. 2. obſerv. pract. 141. Vult. c. 9. n. 93. ver. etſi verò legitimatum. Borch. c. 7. n. 19. Roſenth. c. 7. concl. 18. Forſt. lib. 6. c. 29. n. 11. & aliis; argumento l. 18. & l. 25. D. de legib. juncta Nov. 89. c. 8. argt. l. 10. ver. neq; enim veriſimile eſt. & in verb. qui ex iisdem matrimoniis procreati, C. de Natur. liber.* affirmand. cenſemus.

XXXXVI.

Atq; ita in Camera Imper. *teſte Mynſing. cent. 5. obſerv.* 42. & Conſiſtoriis Saxonicis *teſte Schne d. de feud. p. 6. n. 13 & Hartm. Piſtor. q. 41. n. 35.* pronunciatur, adeoq; praxi & conſuetudine ita receptum *teſte Schaff. Conſ. 1. cent. 1. n. 16. & 17. VVeſ c. 6. n. 9. Roſenth. c. 7. concl. 18. lit: A. Vult. c. 9. n. 93. Verſ. etſi vero & n. 94. Ioach. Schep. de ſucceſſ. feud. § 3. n. 1.*

XXXXVII.

Servilis conditionis liberi feudi ſucceſſione privantur. Sicut enim in allodiis ſucceſſionis jus nullum habent, ita & in feudis; adeò ut ne manumiſſi quidem poſt ſucceſſionem delatam ſuccedant: *per textum c. 106. 2. feud. Vult. c. 9. n. 65. Rittersh. c. 13. q. 2.*

XXXXVIII.

Sequitur, ut agamus de his, qui ad feudi ſucceſſionem admittuntur. Suntq; liberi naturales & legitimi ſimul; nec ulla hîc habetur patriæ poteſtatis & emancipationis ratio; Siquidem liberi emancipati, unà cum ſuis ad feudi ſucceſſionen admittuntur. *VVeſ. c. 6. n. 9. Vult. c. 9. n. 89. Borch. c. 7. n. 46.*

XXXXVIIII.

Reſtat, ut videamus, Quomodo admiſſi in feudo ſuccedant. Qui autem admittuntur ſunt liberi noſtri gradu pari, vel diſpari extantes. *Vult. c. 9. n. 100.*

L.

Si liberi gradu ſunt pari, excluſis filiabus, ſuccedunt *in capita c. 1. feud. 1. § 1. in fin § 3. c. 8. in pr. verſ. aequaliter 1. Feud. c. 2. feud. 11. VVeſemb c. 6. n 9. & 14. Valt. c. 9. n. 100. Rittersh. c. 15. q. 2. Borch. c. 7. n. 4. n. 40 Forſt. lib. 4 de ſucceſſ. c. 13. n. 1.*

LI.

Si verò gradu diſpari fuerint, veluti liberi & nepotes, tum proximiores non excludunt remotiores, ſed illi quidem jure proprio, hi verò jure repraeſentationis, ſicut in jure civili ſuccedunt in ſtirpes aequaliter *c. 8. in pr. c. 14. § 1. 1. feud. C. 2. feud. 11. VVeſemb c. 6 n. 14. Valt. c 9. n. 100. Rittersh. c. 15. q. 2. Borch. c. 7. n. 12, 3. & 46. Forſt. l. 4. de ſucceſſ c. 4. Roſenth. c. 7. concl. 16. n. 10.* Et haec de ſucceſſione deſcendentium.

LII.

Poſt deſcendentes in ſucceſſione bonorum allodialium jure civili proxima cauſa eſt aſcendentium ſive parentum, *ut in Novell. 118. Auth. defuncto C. ad SC. Tertyll.* verum: Qui jure feudali regulariter ab omni feudi ſucceſſione removentur. *c. 50. 2. feud. VVeſemb c. 6. n 7 Valt. c. 9. n. 101 Rittersh. c. 12. q. 8. & 9. Borch c. 7. n. 7. Forſt. l. 7. de ſucc ſſ. c. 4. in Addit. n. 31. & 33. Roſenth. c. 7. concluſ. 14. n. 2. Hart. Hart lib. 2 obſ. tit. de feud. 54. obſerv. 16. n. 4. obſ. 17. & obſ. 46. Ioach. Sch p. in pomp. jur. tit. de ſucceſſ feud § 1. n. 1. & 3.*

LIII.

Reperiuntur tamen caſus nonnulli, in quibus ad aſcendentes feudum devolvitur: ut cum pater vel avus ſuperſtes in gratiam filij vel nepotis feudum refutet, filius verò vel nepos vivo patre aut avo prius ſine herede maſculo decedat, propriè quidē ſuccedere dici non poteſt, ſed ad patrem ex pacto reverti *c. 2. feud 84. c. 14 in fin. VVeſemb. c. 6 num. 8. Valt c. 9. n. 101. Rittersh. c. 12. q. 10. Borch. c. 7. n. 9. Forſt d. l. 7. c. 4. n. 34. Mynſ. cent. 3. obſ. 93.* qui in Camera imperiali ita receptum eſſe teſtatur. *Roſenth c. 7. concl. 14. n. 8. Hart. Hart. 2. obſ. tit. de feud. 54. obſ. 46. n. 3. Ioach. m. Schep. de ſucc. § 1. n. 4.*

LIV.

Deinde ſi feudum merè & omninò hereditarium pro ſe, & quibuscunque heredibus datum ſit: Siquidem verbum quibuscun-

que

que naturam ipſius feudi mutat, *teſte Borth. c. 8. n. 76. Roſenth. c. 2. concl. 55. n. 3. & 4. Idem c. 6. concl. 14. n. 22. Et concl. 60. n. 2. per* Nov. 118. *c. 2.*

LV.

Præterea, quando filius reſpectu meritorum paternorum ejusque contemplatione de feudo inveſtitus ante patrem ſine prole maſcula decedat, tunc quoq; pater in feudo ſuccedit, argumento ducto ex jure civili, quod ſcil. nihil referat, an mihi quid datum ſit, an alteri mei contemplatione *l. 6. D. d. collat. arg. c. 1. in fin. 1. f. 20. l. ult. C. de uſufr. Vult. c. 9. num. 101. Rittersh. c. 12. q. 10. Borth. c. 7. n. 9. Forſt. d. l. 7. c. 4. in Addit. n. 36. Roſenth. c. 7. Concl. 14. n. 9. Hart. Hart. lib. 2. obſ. tit. d. feud. ſ 4. obſerv. 46. n. 3. Ioach. Schep. d. ſucceſſ. feud. § 1. n. 5.*

LVI.

Tandem ſi id expreſſo pacto ſeu conſvetudine cautum ſit: Pactis enim modus ſucceſſionis feudorum dari poteſt, ſic frater fratri in novo feudo non ſuccedit, niſi pactum fuerit ut ſuccedat *c. 14. in fin. c. 1. § 2. c. 8 in fin. c. 20. 1. feud c. 1, 2. f. 84.* Cum itaq; alij, imò & extranei, qui al às ad feudi ſucceſſionem non admittuntur, per pacta ſuccedere poſſunt, cur non & pater? *Vult. c. 9. n. 121. Rittersh. c. 12. q. 10. Forſt. d. l. 7. c. 4. n. 35. & 38. Roſenth. c. 7. concl. 14. n. 18. & 21.* Et tantum de ſucceſſione, quæ eſt in linea recta.

LVII.

Sequitur nunc ſucceſſio, quæ eſt in linea obliqua; Eſtque collateralium ſeu tranſverſalium *c. 11. 2. feud. c. 1. feud. 1. § 4. c. 14. Vult. c. 9. n. 102. Rittersh. c. 16 q. 1 Borth. c. 7. n. 26. Roſenth. c. 7. concl. 56. n. 1.*

LVIII.

Collaterales ſeu tranſverſales dicuntur omnes, qui ex latere veniunt, qu [illegible] non à ſe invicem deſcendunt, ſed tamen unam communem ſtirpem habent, ut ſunt fratres, ſorores, fratrum ſororumq; liberi, patrui, avunculi, amitæ, materteræ & ſimiles; hi deſcendentibus & aſcendentibus deficientibus ad ſucceſſionem admittuntur *l. 1. 2. 3. juncta l fin. D. d. gradib. Nov. 118. c. 2 verſ Reliquum eſt.*

LIX.

Hi vel deſcendendunt ex primo acquirente, ſeu eo qui primus in iſta familia de feudo inveſtitus fuit: vel non deſcendunt ex acquirente, ſed ex latere conjuncti ſunt primo acquirenti. *Vult c. 9. n. 102. Roſenth. c. 7. Concl. 56. n. 1.*

Horum ſucceſſio nulla eſt in feudis ipſo jure ſeu conſuetudine feudali: Nam frater fratri in feudo non ſuccedit. *c. 1. § 2. v. ſin autem. c. 8. in fin. c. 14. in fin. c. 20. 1. feud. 2. feud. c. 11. c. 12. c. 90. 2. feud. Vult. c. 9. n. 102. & 104. V. ex quibus. Ritterſh. c. 16. q. 1. Roſenth. c. 7. Concl. 56. n. 5. & 6. & Concl. 58. n. 1, 3. 4. & 5. Hart. Hart. lib. 2. obſ. pr. tit. de feud. 54. obſ. 16. n. 2. Ioach. Schep. tit. d. Succeſſ. feud. § 2. n. 2. & § 14. n. 1.*

LXI.

At fratres etiam ſuccedere poſſe, non dubitatur: Licet enim ipſo jure cautum id non ſit, tamen pacto caveri poteſt: ſi enim ſpecialiter & nominatim in inveſtitura inter Vaſallum & Dominum ita convenerit, ut collaterales ſibi invicem ſuccedant nemo dubitat, quin caſu ita ferente frater fratri ſuccedere poſſit *per text. c. 1. § 2. V. niſi hoc c. 8. in fin. c. 14. in fin. c. 20. 1. feud. 2. feud. 12. c. 90. Vult. c. 9. n. 105. VVeſemb. c. 6. n. 15. Ritterſh. c. 16 q. 2. Roſenth. c. 7. concl. 56. n. 18. & concl. 58. n. 6. Hartm. Hart. 2. obſ. tit. d. feud. 54. obſ. 16. n. 3. Ioach. Schep. d. § 14. n. 2.*

LXII.

Sic &, ſi ſpeciali conſvetudine ſeu ſtatuto cautum ſit, ut collaterales ſibi invicem in feudis ſuccedant, nemo dubitat, illam cuſtodiendam eſſe. *Vult. c. 9. n. 106. in fin. Roſenth. c. 7. concluſ. 59. & n. 10. c. 1. concl. 13, 14.* Vide & alios caſus *ap. Roſenth. d. l. n. 6, 7. & c. 6. concl. 75. Ritterſh. c. 16. q. 2. Fach. lib. 7. controv. c. 6.*

LXIII.

Illorum verò ſucceſſio in feudis locum habet, ſalvâ tamen gradus prærogativâ; *Feudiſt. Communiter. c. 8. 1. feud. c. 50. 2. feud. Vult. c. 9. n. 102. Roſenth. c. 7. concl. 56. n. 2.* Jure Sax. proximitatis & gradus prærogativæ ratio non habetur, ſed tantùm attenditur, quinam ſimultaneè ſunt inveſtiti, welche die geſambte Hand haben / oder mit ingeſambter Lehen ſein; Illi enim omnes ſuccedunt, niſi ſimul adjecta ſit clauſula iſta, ſecundum gradus prærogativam nach rechter Sippzahl, Lehnrecht *c. 6. & c. 21.* Vel uſu & obſervantia, ex qua totum jus feudale metiendum, aliud receptum *Fach. diff. 29.*

LXIV.

Hinc collaterales ſeu transverſales iſti ſunt vel gradu proximiori, vel remotiori, *ut in l. 2. D. d. ſuis & legit. Hered.*

LXV.

Gradu proximiori ſunt fratres, ſorores, fratrum ſororumq; liberi; *ut patet ex d. l. 2. & l. 1, 2. 3. & fin. D. de gradib. & pr. Inſtit. e. d. tit.*

LXVI.

Fratres vel ſunt ex utroque parente conjuncti, vel ex uno tantùm. *Forſt. lib. 8. de Succeſſ. c. 1. in pr. c. 6. 8. 17. eod. lib. Borch. c. 7. n. 80.*

LXVII.

Ex utroque parente conjuncti, qui ſcilicet ex eodem patre, eademq; matre per juſtas provenerunt nuptias Germani dicuntur. *Novel. 118. c. 3. in pr. auth. ceſſante, C. d. Legit. hered.*

LXVIII.

Hi aut extant ſoli, aut cum filijs fratrum concurrunt, *ut in c. 11. 2. feud. Vult. c. 9. n: 109.*

LXIX.

Si ſoli extant, excluſis ſororibus, earumq; liberis in feudo ſuccedunt æqualiter in capita *c. 11. c. 50. 2. feud. VVeſ. c. 6. n. 16. Vult. c. 9. n 109. & n. 111. Rittersh. c. 16. q. 8. Borch. c. 7. n. 12. c. 8. n. 46. Forſt. lib. 8. d. Succeſſ. c. 3. n. 1. Roſenth. c. 7. concl. 56. n. 9. Idem concl. 57. n. 4. Carolus V. Imper. Conſtit. in comitijs Spirenſibus Anno 1529. promulgata.*

LXX.

Si verò non extant ſoli, ſed concurrentes habeant præmortuorum fratrum filios, tùm hi una cum ipſis admittuntur ad ſucceſſionem feudi diviſione facta in ſtirpes, *DD. Commun. c. 11. V. His verò deficientibus, 2. feud.* Veniunt enim jure repræſentationis, ideoque partem patris ſui, quem repræſentant, accipiunt: Ut ſcilicet hoc caſu jus feudale cum jure civili conveniat, in quo noviſſimè jus repræſentationis etiam in fratrum filijs locum habet. *Novell. 118. c. 3. Novell. 127. c. 1. VVeſ. c. 6. n. 16. Vult. c. 9. n. 109. Rittersh. c. 16. q. 6. Borch. c. 7. n. 81. Forſt. l. 8. de*

ſucceſ. c. 2. num. 1. Roſenth. c. 7. concl. 56. n. 8. Ioach. Schep. in prompt. Iur. tit. d. Succeſ. feud. § 8.

LXXI.

Hic autem ſciendum eſt, jus repræſentationis, ſicut in jure civili, ultra fratrum filios locum non habere. *Novell. 118. c. 3. Verſ. Huiusmodi: Et verſ. Sed & ipſis fratrum filijs. Forſt. d. l. 8. c. 2. n. fin. c. 7. Roſenth. c. 7. concl. 56. n. 20. & concl. 57. n. 6. VVeſemb. c. 6. n. 18.*

LXXII.

Sin autem filij fratrum præmortuorum ſoli fuerint, ſucceſſio fit in capita. Idque jure tàm vetuſtiori, quam recentiori cautum, *p. text. l. 2 § 2. D. de ſuis & legit. hered. § 5. Inſt. de legit. Agnat. ſucc. ſ. l. 14. in fin. l. 15. § 3. Et Auth. poſt fratres C. de legit. hered. Vlp. in fragm. tit. 26. § 4. Caj. l. 2. inſt. tit. 8. § 7. Verſ. Item ſi moriatur Novell. 118 c. 3. in fin.* Idque expreſſè confirmatum per novam conſtit. Caroli V. Imp. *in Comit. Spirenſib. anno 1529. promulg. VVeſemb. c. 6. n. 17. Vult. c. 9. n. 109 & ut. Rittersh. 16. q. 8. cum ſeq. Borch c. 7. n. 82. Mynſing. cent. 3. obſ rv. 94. Forſt. d. l. 8. c. 3. Roſenth. c. 7. Concl. 56. n. 9. Ioach. Schep. tit. d. Succeſ. feud. § 9.*

LXXIII.

Fratres ex uno parente conjuncti vocantur conſanguinei & uterini. *Rittersh. c. 16. q. 5. Forſt. d. l. 8. c. 1. in pr.*

LXXIV.

Conſanguinei vocantur ij, qui ex eodem tantùm patre naſcuntur *l. 1. § 10. ff. de ſuis & legit. hered § 1. Inſt. de legit. agnat. ſucceſ. § 1. Inſtit. de legit. agnat. tutelâ Rittersh. c. 16. q. 5 Vult. c. 9. n. 108. Borch. c. 7. n. 80. Forſt. lib. 3. d. Succeſ. n. 6. & 9. & lib. 8. cap. 1. in pr.*

LXXV.

Hi æquè ac Germani ad ſucceſſionem Feudi admittuntur, *argumento c. 11. 2. Feud. Vult. c. 9. n. 108. Rittersh. c. 16. q. 5. Borch. c. 7. n 80. Forſt. d. l. 8. c. 5. n. 1. Ioach. Schep. de Succeſ feud. § 6. n. 1. & 2. Roſenth. c. 7. Concl. 57. n. 1.* Et licet diſerto aliquo textu juris feudalis probari non poſſit, ratio tamen id ſvadet, cum jure feudali cognationis nulla habeatur ratio, ſed tantùm agnationis *d. c 11.*

76. Uteri-

LXXVI.

Uterini appellantur ij, qui ex eadem tantùm matre ortum ſuum habent. *Forſt. d. l. 5. c. 1. in pr. Rittersh. c. 16. q. 5. Roſenth. c. 7. concl. 57. n. 3. Vult. c. 9. n. 107. Ioach. Schep. de Succeſſ. feud. § 7. Forſt. d. l. 8. c. 8. n. 2. 3 & 7.* Qui a feudi ſucceſſione penitùs arcentur.

LXXVII.

Deficientibus autem fratribus fratrumque liberis ſucceſſio feudi ad cæteros, ſicut in jure Civili, devolvitur collaterales gradu proximiores, excluſis remotioribus *c. 11. in verſ. Denique agnati ulteriores c. 50. 2. feud. VViſemb. c. 6. n. 8. Vult. c. 9. n. 112. Rittersh. c. 16. q. 14. Forſt. d. l. 8. c. 9. n. 1. Borth. c. 7. n. 79. & 84.*

LXXVIII.

Reliqui igitur agnati in pari gradu conſtituti ſecundum graduum proximitatem in viriles portiones ſeu capita ſuccedunt *c. 50. in fin. 2. feud. Novell. 118. c. 3. V. ſi verò neq. Auth. poſt fratres fratrumq. filios. C. de legit. hered. VVeſemb. c. 6. n. 15. Vult. c. 9. n. 112. Rittersh. c. 16. q. 14. Forſt. d. l. 8. c. 9. n. 3.* Et quidem in infinitum; *ut c. 1. § 4. 1. feud. c. 31. c. 50. 2. feud. VVeſemb. c. 6. n. 19. Rittersh. c. 16. q. 16. Roſenth. c. 7. concl. 56. n. 2. & concl. 58. n. 1.*

LXXIX.

His itaque omnibus deficientibus tum demùm ſuccedunt fœminæ: & quidem ijs caſibus a theſi 37. usque ad 42. poſitis, niſi ut una & ſimul cum maſculis ſuccedant, ſpecialiter expreſſum ſit, *ut tit. 104. § 1. 2. feud. Vult. c. 9. n. 49. Forſt. c. 19. lib. 3. num. 28. Hart. Hart. 2. obſ. pr. tit. d. feud. 54. obſ. 15. n. 4.*

LXXX.

Hic anxiè quærunt Feudiſt. an fœmina ſemel excluſa ſemper cenſeatur excluſa? Idque affir. *per cap. 1. § quin etiam 1. feud. 6. ubi Alvar. n. 5. arg. l. 98. § 8. ff. de ſolut. arg. l. 3. C. de poſthum. hered. inſtituend. vel exhered. Roſenth. c. 7. concl. 44. n. 13. Schrad. part. 7. cap. 5. n. 83* niſi renunciationis aut feudi deficientibus maſculis circumſtantia vel alia ſimilis contrarium ſuadeat. *Forſt. lib. 3. c. 16. n. 1. & ſeq. Roſenth. c. 7. concl. 45.*

LXXXI.

Contrà fœmina ſi ſemel fuerit admiſſa per ſupervenien-

tem

tem maſculum ipſi feudum auferri nequit, *l. id quod noſtrum de reg. iur. Vult. c. 9. n. 39. V. quid autem ſi fœmina. Roſenth. c. 7. conc. 45. n. 26. Fach. lib. 7. controv. 41.*

LXXXII.

Quare nec affinitatis neceſſitudo quicquam proficit. In materia enim feudali exceptis liberis ſive deſcendentibus maſculis omnes habentur pro extraneis: Extraneorum autem nulla regulariter eſt ſucceſſio *c. 11. 2. feud. Vult. c. 9 n. 120. Roſenth. c. 7. con. luſ. 60.*

Et tantum.

Moniti meliora ſequemur.

SOLI DEO GLORIA.

In

In honorem

Præſtantiſsimi nec non Doctiſsimi Dn. Reſpondentis.

ARgillæ Figulus rutilæ velut arte figuram
Inducit aptam vaſculi,
Inductamq; novat, varioq; emblemate grati
Diſtinguit aſpectus ſagax;
Hinc epulas Divûm menſasq; exornat opimas,
Habita in honore congruo.
Sic figuli qui nomen habes, JACOBE, videris
Illius omen conſequi,
Dum naturali preſſam ſuligine mentem
Igniculo entheæ domus
Diſcutis, Eunomies ſacræ volvendo diurnâ
Manu graves Antiſtites,
Pandentes docte legum quæ ſyrmata miſcet
Cultor plicarum ſedulus.
Macte tuo genio! Tua ſic & culmina rerum
Faſtigiabit indoles,
Attaliciſq; Deûm faciet te accumbere menſis.
Cordicitùs quod voveo.

Iohannes Dolmannus Rigâ Livonus.

ALIUD

VT ſua jam verno depromit tempere tellus
Germina, queis hominem brutaq; cuncta beat;
Exeris ingenij flores ſic ſydere fauſto,
Queis reficis doctos, docte IACOBE, viros,
Macte animo! tandem veluti ſit ſurculus arbor,
Ingenij creſcent ſic quoq; dona tui,
Vt quondam Patriæ decori ſis, dulce levamen
Civibus, æquali lumen amorq; tuis.

Iohannes Bernevvitz Goldinga-
Curo Livonus.

 Alio

ALIUD.

CErnis ut innumeri, ſacræ IACOBE Themiſtos
Progenies genuina, viam calcare in utroq;
Iure velint, ut ad æquales per ncere metas
Res olim poſsint dubias & jura Clientum:
Rem laudis pretio facerent, me judice, dignam
Si ſequerentur iter, ratio veſtigia ſignat
Quà matura, ſuas premerent nec ſæpè decoras
Spes æſtu celeri Themidos cum labe nefanda.
Te verò, plures anni duxere per artes
Quem vigili curâ atq; animi melioris honeſtas,
Geſsiſti melius curtsq; ſagacibus urſti
IVRIDICINA quibus magnum cumulatur in augmen,
Rem reddis planam, dum nunc ad juris amuſsim,
Quo quis jure queat verus ſucceſſor haberi
FEVDORVM, partes aperis ſolerter in omnes.
Perge ita. ſic tituli, citra ludibria vani
IVRISCONSVLTI, poteris quondam omnibus æqua
Ius dixiſſe fide & dignum meruiſſe brabeum.

Ornatiſsimo & Doctiſsimo Dn.
Reſpondenti amico &
συσσίτῳ ſuo ſuaviſsim.
apponebat
Iohannes Dambachius Pegniſ-
ſeus. Franc.

ROMA

F I N I S.